



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

366. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut Christiani traditiones gentilium non
observent. *Ex dictis Ambrosij.*

CCCLXV. Apostolus dicit : *Dies obser-*
vatis & menses & tempora & annos. Timeo ne
sine causa laboraverim in vobis. Dies observant
puta: qui dicunt, Craftino proficendum non
est, post craftinum enim non debet aliquid in-
choari. & sic solent magis decipi. Hi autem
colunt menses qui cursum lunæ perscrutantur
dicentes: *Septima luna strumenta confici non*
debent. Nona iterum luna emptum servum
domum duci non oportet. Et per hæc facilius
solent adversa provenire. Tempora verò ob-
servant, cùm dicunt: *Hodie veris initium est.*
& ideo festivitas est. Post cras Vulcanalia
sunt. Et rursus: *Posterum est, domum egre-*
di non licet. Annos sic colunt, cùm dicunt:
Kalendis Januariis novus est annus, quasi non
cotidie anni impleantur. Hæc superstitione
gè debet esse à servis Dei. [*Vide Hincmar.*
to. I. pag. 656.]

S. Ambros. in
c. 4. epist. ad
Galat.
Burchard. lib.
10. c. 11.

Vide August.
epist. 119. &
in Enchirid.
c. 79.

De eadem re. *Ex Concilio Bracarense.*

CCCLXVI. Non licet Christianis tra-
ditionem gentilium observare, vel colere ele-
menta, aut lunam aut stellarum cursum & ina-
nem signorum fallaciam considerare pro do-
mo facienda, vel segetes vel arbores plantan-
das, aut conjugia socianda. Scriptum enim
est: *Omnia quæcumque facitis in verbo aut in*
opere, in nomine Domini nostri Jesu Christi
facite, gratias agentes Deo.

Concil. Bra-
car. 2. c. 72.
Halitgar. lib.
4. c. 26.
Hincmar. de
divortio Lo-
thar. in resp.
ad interr. 17.
Burchard. lib.
10. c. 13.
Coloss. 3.